h em iſtoc me facto tibi deuinxiſti. De quin ergo te hilare das mihi.

ARTHEMONA VX. PARASITVS. DEMENETVS. ARGIRIPPVS. PHILENIV

S cin tu meum uirum hic potare obſecro cum filio.
 Et ad amicam detuliſſe argenti uiginti minaſ.
M eoq: filio ſciente id facere flagitium patrem.
Par N eq; diuini neque mihi humani poſt hac qcq̄ ad creduaſ
A rthemona: ſi huiuſ rei me eſſe mendacem inueneriſ.
Art A h ſceleſta ego praeter aliaſ meum uirum frugi rata
S iccum frugi continentem amantis uxoriſ maxume
Par A t nunc dehinc ſcito illum ante omneſ minimi mortalem pretij
M adidum nihili incontinentem atq; oſorem uxoriſ ſuę
Art P ol ni uera iſta eſſent nunq̄ faceret ea quę nunc facit
Par E go quoq; hercle illum an hac hominem ſemp ſum frugi ratus
V erum hoc facto ſe ſe oſtendit q quidem ē cum filio
P otitet una una amicam ductet decrepitus ſenex
Art H oc ecaſtor eſt quod ille it ad coenam quotidie
A it ſe ſe ire ad archidemum cheream cheraſtratum
C liniam chremem cratinum demoſthenem duniam
I ſ apud ſcortum corruptelę & liberiſ luſtris ſtudet
Par Q uin tu illum iubeſ ancillaſ rapere ſublimem domu.
Art T ace modo. ne illum ecaſtor miſerum hēo. Par ego iſtuc ſcio.
I ta fore illi. dum q̄ cum illo nupta eriſ. Art ego cenſeo.
E um ēt hominem in ſenatu dare operam aut clientib;
I bi labore delaſſatum noctem totam ſtertere
I lle opere foriſ faciundo laſſus noctu aduenit
F undum alienum arat incultū familiarem deſerit.
I ſ ēt corruptus porro ſuum corrumpit filium. Par ſequere
H ac me modo. iam faxo ipſum hominem manifeſto opprimaſ.
Art N ihil ecaſtor ē qđ facere mauelim. Par manedum. Art quid ē.
Par P oſſis ſi forte accubantem tuum uirum conſpexeris
C um corona amplexum amicam ſi uideriſ cognoſcere.
Art P oſſum ecaſtor. Par hem tibi hominem. Ar perij. Par pauliſp mane
A ucupemus ex inſidijſ clanculum quam rem gerat
Ar Q uid modi pater amplexandi facieſ. De fateor gnate mi
Ar Q uid fatere. De me ex amore huiuſ corruptu3 oppido.
Par A udin quid ait. Ar audio. De egon ut nō domo uxori meę ſurripiam

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 28v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/28v)